



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Multa & diversa istius vocis interpretamenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

tiosum in pedibus suis, è gemmis scilicet aut margaritis, ac motu suo pedem pedi alliserint, ut hac ratione monilium sonantium perciperetur strepitus. Placuit hoc Kimchio, qui **כסדי** vult fuisse crepitacula tinnientia, quæ mulieres in pedibus gestarunt. Meminit hujus sententiæ Franciscus Vatablus: *Alii volunt ornamentum pedum fuisse, non ab simile illi, quo utuntur mulieres Hispanæ, quæ crepidas gestant cum tintinnabulis dum saltant.* Eam amplectitur vir illustris Hugo Grotius. Sed **כסדי**, ut docent nos Hebræi, erant crepitacula in pedibus mulierum, quibus inter saltandum utebantur. R. Levi Ben Gerson: **העכסיהם** כמו תכשיטין נושאות אותן ברגליהן כאמר **אחסימ** sunt sicut ornamenta, quas gestant mulieres in pedibus suis, juxta id quod dicitur, *et in pedibus suis העכסיהם*. Alludit ad ea verba, quæ paulo superius apud Prophetam nostrum occurrunt. Magnus Theologus Franciscus Junius ornamenta vult fuisse cruralia, quibus veluti compedibus, utriusque cruri alligatis, discerent modificare gressus. Præi-
verunt

Kimchi ad
h. l.

Vatabl. ad
h. l.

Grotius ad
h. l.

R. Levi ad
Prov. 7. 22.

Jun. ad h. l.

Talm. in
Schabbat.

Merc. ad
Thesau.
Pagn.

Buxt. Lex.
Hebr.
Cocc. Lex.
Hebr.
De Dieu
ad h. l.

verunt viro magno Talmudici, qui hæc ornamenta gestare consuevisse Hebræorum puellas volunt, ne passus facerent majores, & detrimentum accederet earum virginitati. Belgæ reddiderunt *het ciraat der coussbanden*, nescio quos infelices interpretes secuti. Johannes Mercerus, Hebraicę literaturę magnum decus, ex quorundam sententia tradit fuisse mera ornamenta, instar compedium, quibus ornabantur. *Periscelides* reddunt viri doctissimi Buxtorfius & Coccejus, quam interpretationem alii quoque amplectuntur, inprimis vir summus Ludovicus de Dieu.

IV. Horum sententia sola vera est, cum evidentibus rationibus ostendi possit **כַּדְּעַי** nihil aliud quam *compedes* sive *periscelides* esse, qua sin cruribus mulieres gestarunt, ut cadere necesse sit omnium interpretum conjecturas, & maxime eorum, qui vocem **כַּדְּעַי** de *calceamentis* acceperunt. **כַּדְּעַי** *compedem* notare minime est dubium. In Salomonis Proverbiis ea vox occurrit hoc significatu: **וְכַדְּעַי אֵל מוֹסַר אָוִן** & *tanquam in compede ad casti-*

Prov. 7.22.

casti-